

Constantino Hugenio
equiti Xaieru

*M*axima fati clementia est, *me.* *me.* ut Nob. in precipitatio min.
di senio Musas florere. Jamdiu enim erumpens barbaries igno-
rantia tenebras nobis minari videbatur. Sed hactenus intel-
labentis tibi fides illasus primum honos perstitit, dum Atlantes
suos, qui literatum orbem sustinent, feliciter terra producit.
hinc doctrina semen eminentium virorum industria latius ger-
minans, in adulti spiritus robur exerebit. Non ibo per terrarum
spatia curiosus indagator, cum in proximis veri testimonium eli-
ceat. Quis enim Batavia nostra laudem inuidebit? qua una:
tas cum libertate Musas, in tutelam suscepit; tot bellicis tri-
umphis novam lauream superaddens. Sed longiore temporum
anfractu remota non eruo, dum presentis seculi annos intueri
me. me iuvat. Hic te, ut Nob. inter tot magna nomina pri-
mipilanum fama numerat; qui aula negotijs literaturae politico-
ris curas miscere non desinis. Quas genij dotes rara huma-
nitatis augmento insignire pergis, ad plebes usque favoris tui
radios diffundens. Patri in primis meo benignus, ad interioris
amicitia penetrare aditum dedisti, non in labris sed fibris
nato sermone benevolentia testimonium exhibens. Verbis
tamen et promissis in amplum diductis fidem munire exi-
quum tibi videtur; rem quoque autorem dare capisti. In fami-
lia enim nostra salutem ferax eloquium exeruisti, apud
Principem intercessor; ne paupertatis onere deprossa mens
indigna Musis aggradi cogatur. Quo nomine tantum tibi
debere nos fatemur, quantum verbis vix eloqui, re ipsa com-
pensare nunquam possumus. Hae tamen cum nostras in
red hostiando vires excedant, notum beneficium cumulas. Quippe
mihi etiam humanitatis tua sinum expandis, liberali affectu
in omnia sequax, qua promovendo studiorum meorum cursui
fortuna negabit. Faciem hercule mihi indigno pudore
confundi



confundi sentio, qui in gratitudinis vicem proter verba et vota
mentis abacritatem nihil offero, ut perpuratos vulgus ad-
rare solet. In has obsequij leges pronum me admittere si di-
gnaberis, tenera fronti audaciam imperabo, ut ex populi
face altius adspirare discat. Vili quidem ingenij fabrica
deprimit, sed sub auspicijs tuis felix expeditio erit, quocunq;
fata me vocare volent. Caterum paulisper Vir Nob. ^{me} gra-
dum respiciens, poeticiis nugis (quas infra exhibemus) fugiti-
vos tantum oculos commoda. Nihil enim hic demorsos unguis aut
faventis Apollinis impetum sapit. Ductilis tandem animi effigiem
vides, qui magis etiam excitatur, cum apud aequos Censores nun-
quam voluntas laude careat, ubi conantem vires destituunt.
Equidem aures tibi divinorum poetarum mellinjs timore scio,
quas largius sacro liquore Phabus adpersit. Sed aliud est
famam aucupari, aliud testandi affectus ergo officiosa verba
vinculis includere. Vale Vir Nob. ^{me} et adventantem aequus
excipe, qui Patris imperio excitatus, audacia et impudentia
crimen facile diluam. Amsterdamj. v Calend. Aprilis
Cl) loc xxxj.

S RYKS
ARCHIEF


Ad eundem Carmen.

Aetonus imbelli trispidant praecordia thyrso,
et metui angustos transiluisse lares.
nunc alius me ferbor agit, lentiq; iacentes
igniculas animi gratior aura movet.
scilicet insueta surgunt ad carmina vias,
pletraq; sed longo desiderosa situ.
pugnat amor, claudusq; pudor; gemitq; latentem
protrahit, et timidos dirigit arte gradus.
vincor; et audaci tango tua limina veru;
o utinam placida frontis honore bees!

pallet opus, tanti formidans Iudicis aures,
dum male facundo carmine sacra facit.
Non mihi difficiles spirant in vota Camæna,
nec mea Pegasus labra rigantur aquis.
exere turbato sacrum, vir Maxime, dextram,
et timido captum dirige navis iter.
Non variè tibi districtas abrumpimus horas,
sufficiet parvam promeruisse moram
nec laudes, vilisq; fero præconia cantu,
hæc vatum digna tollet in astra labor.
sed rudis obsequio describit pagina legem,
et penitus vires mancipat illa meas.

Rob. tua' addictissimus
Isaacus Gruterus

Jerentfesteij Boechge:
leede getre mijn heere
Constantinus Huygens
Ridder, Erffburggraave
ende heer van Suylenhoy,
raet ende Secretaris van
Sijn Princelycke Exce:
lentie etc.



[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]